



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Anno M.D.LCIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

que impiæ capita in libello proposita chirographo suo configeret : ad extremum productus in curiam coram toto senatu omnes reuocaret, & execraretur errores, addito Sacramento nihil tale post hæc defensurum, aut crediturū. Canisius autem tot inter labores, & curas vt vna, eadēq; opera Ecclesiam vtrāque, & quæ triūphat in cælo, quæ militat in terris, demereretur, locuples Martyrologium accuratè compositū euulgauit approbatione magna, nec vsu minore. Ita nunquā exhaustus, nunquā delassabatur foecunda illa, & quæ ferrea caritas. Ita calami vires cum voce iūgebat.

1563.

*Gravissima in  
causa reipub-  
lica succurrit.*

Dum ita res è sententiâ fluunt Augustæ anni iam exorto seculi eius supra sexagesimum tertium euocatur à Ferdinando Cæsare Oenipontum grauiissima de causa. Quam supersedeo exequi pluribus hoc loco. Illud modò significarim, cum res ad Concilij tranquillitatem, & dignitatem laudis Apostolicæ pertineret, ac proindè ad publicam Christianæ rei pacem, ita apud Ferdinandum, cuius piam mētem consiliis parum opportunis per simulationem Reformationis auertere quidam conabantur, liberè, sapienter, ac demùm feliciter contendisse, vt Romæ Pontifex ex Cardinali Mo-

rono